

1542. id est 26. Augusti.

Sigismundo I. Regi Poloniae. Prin:
cipes Electores Imperij et Oratores
reliquorum Electorum absentium in
Conventu Norumbergiensi congregati.

110
Serenissime ac potentissime rex affinis
amice et Domine gratiosissime salutem et
obsequia nostra nostra amicissima et prom:
ptissima. Ex literis Serenissime regine
Dignitatis Vestre cum nos scriptis intel:
leximus eandem regiam Dignitatem Vestram
amice et gratiose petere, ut apud Sacram
Romanam regiam Majestatem Dominum
nostrum Clementissimum intercedentes
obtinemus, quatenus Majestas sua opta:
tum hujus belli exitum consecuta, ac que
ad Serenissimam regiam Majestatis Vestre
filiam Isabellam reginam Hungariae et
ejus filium pertinere sunt toties jam pe:
tita non gravatim tribuat. Et illam
Sacrae Dignitatis petitionem prefata
Romane regie Majestati insinuavi:
mus, qua lectis Serenitatis Vestre li:
teris responsum suum in scriptis redactum
nobis reddi curavit, quemadmodum ve:
gia Dignitas Vestra ex ejusdem literis
nostris in cluso exemplo plenius intel:
ligit, et ut speramus equi boni consi:
let, Dabitque operam, ut cum honore
Dignitate Serenissime filie et nepotis
sui cum majestate ejus omnia nego:
tia amicissime componantur, quod ut
fiat, et ut inter Serenissimam regiam
Dignitatem Vestram et ejus Majesta:

teno

tem, et hoc sacrum imperium perpe:
tius amoris et benevolentiae cursus
retineatur, plurimum optamus, et
pro virili nostra Diligentissime admi:
temur et promovebimus, Deus optimus
maximus serenissimam regiam majesta:
tem Vestram quam Divitissime incolu:
mem in regni sui felicissimo regimine
tueatur, et conserveat. Datum no rem:
bergiae Die 26^a Augusti. Anno Dⁿⁱ 1542.

BIBLIOTEKI PŁAWSKIEJ
XX CZARTORYSKICH.